Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

naculum ubi solus cum heli sacerdote dormiebat. Unde cum vocasset eum dominus cucurrit ad heli dicens: Vocasti me. Falsum dixit, sed non est mentitus. Et ait heli: Non vocavi te. Revertere et dormi. Et factum est secundo similiter. Non dum enim samuel sciebat dominum, id est non habebat consuetudinem audiendi dominum. Cumque vocasset eum dominus tercio, iterum abiit ad heli. Et intellexit heli quod vocasset eum dominus et ait: Si deinceps vocaverit te dices: loquere domine quia audit servus tuus. Cumque vocasset eum dominus dormientem, dixit: Loquere domine. Et indicavit ei eandem comminationem in domum heli quam prius fecerat puer dei. Non tamen putandum est irritam factam promissionem quam fecerat dominus aaron de sacerdotio suo sempiterno. Promissionibus enim huiusmodi super addenda est conditio quandoque posita. Si custodierint filii tui testamentum meum etc. Videtur velle iosephus dominum ideo vocasse ter samuelem ut prefiguraret tres ipsius dignitates futuras. Fuit enim propheta quod ab hac vocatione dicit eum habuisse. Fuit et iudex. Obtulit quoque quasi sacerdos eo quod parvulus esset ioabot nepos heli. Mane advocavit heli samuelem ut indicaret ei universum sermonem domini. Et indicavit ei omnia. Et ait heli: Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Crevit autem samuel et cognovit universus israel quod fidelis samuel propheta esset domini. Et consuluit eum omnis populus iuxta verbum domini. Precepit enim dominus ut abiceret divinos et ariolos et huiusmodi, et sciscitarentur a fratribus suis verbum domini.

De morte heli et filiorum eius.

Et factum est convenerunt philistiim in pugna in affech. Quod dicitur locus pertinens ad iezrael, quam vocat iosephus civitatem anphevlentas. Israel quoque egressus est in prelium iuxta lapidem adiutorii quod per plenum dicemus postea [i. participatio [illegible]] patebit. Et victus est israel et ceciderunt de eo quasi quatuor milia virorum. Et dixerunt seniores: afferamus de silo archam domini sedentis super cherubin. Quod ideo dictum est sicut et in psalmo: Qui sedes super cherubin, quia quandoque gloria domini ibi apparebat. Et tulerunt archam et venerunt cum ea duo filii heli. Nam et phinees iam fungebatur officio patris. Et acceperant mandatum ab heli ne ad eum redirent sine archa. Et timuerunt philistiim et acrius pugnaverunt. Fugitque israel et cesa sunt ex eo xxx milia peditum, et archa domini capta est. Et duo filii heli mor-